

## CODEX 86. olim signatus 5/6.

*Foliorum 94, 228: 140 mm., lineis plenis, rubricatus et initio singulorum librorum maioribus litteris miniatis signatus. Scriptus fuit liber iste anno domini M<sup>o</sup>CCLXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>. (fol. 94').*

*Eodem folio 94': Explicit*

Alexandris magistri Galtheri de Castellione, *sive Gestorum Alexandri Magni libri decem.*

*Ad calcem codicis haec leguntur: Epytaphium istud scripsit seu fecit Galtherus, auctor huius libri, antequam carmen incepisset, quia timuit morte praeveniri:*

Insula me genuit, rapuit Castellio nomen,  
Pertremuit modulis Gallia tota meis.  
Gesta ducis Macedum scripsi, sed syncopa fati  
Inceptum clausit obice mortis opus.

*P. L. 209, 463—572. Praemittuntur fol. 1. prolegomena historica: Philippus pater Alexandri cum esset — regressus est in patriam suam Aethiopiam. Chevalier, col. 816. Fabricius, Bibl. lat. med. 3, 328 sqq. Graesse. Literärgesch. II. 3, 443 sq. Hist. litt. XV, 100 sqq. Hdschr. S. Gall. cod. 1114. Tabb. codd. Vindob. 246, 2. Hain, 7453.*

## CODEX 87. olim signatus 5/4.

*Foliorum 95, 226: 154 mm.. lineis plenis exaratus saeculo XII. sub beato Frowino abbe. quod patet ex versibus fol. 1:*

Ad fratrum lumen pater hoc Frowine volumen  
Scribi fecisti, lux luceat o tibi Christi.

*Codex rubricatus et aliquot amplioribus litteris initialibus est insignis.*

1<sup>o</sup> Aurelii Augustini de doctrina christiana libri quatuor.  
*Fol. 2—94.*

Sunt praecepta quaedam tractandarum scripturarum — facultate disserui.

*P. L. 34, 15—122. Praemittitur (fol. 1. et 2.) Retractatio s. Augustini super libros de doctrina christiana. Libros de doctrina — Sunt praecepta quaedam. Retr. II, 4. P. L. 32, 631—632.*

2° *Succincta relatio de baptismo s. Augustini, in qua hymnus „Te Deum“ ss. Ambrosio et Augustino tribuitur.*  
*Fol. 94.*

(U)bi tempus advenit quo in Christo renasceretur — non confundar in aeternum.

3° *De profanarum litterarum studiis sententiae ex ss. Hieronymi, Gregorii et Augustini scriptis collectae.* *Fol. 94'.*  
*et 95.*

(B)eatus Hieronimus in tractatu super epistolam ad Ephesios — Ecce ubi sum, flete mecum.

## CODEX 88. olim signatus 5/5.

*Foliorum 106 (praeter unum insitium), 228: 158 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub beato Frowino abate, quod innuant in capite codicis versus sequentes:*

Cur aut unde minus habet a mercede Frovinus?  
 Cum scriptor scripsi, manus autem paruit ipsi.

*Litterae initiales minio ductae sunt, duabus exceptis quae luculentius delineatae variisque coloribus ornatae exstant.*

*Augustinus S. Aur. De sermone domini in monte secundum Matthaeum libri duo.*

Sermonem quem locutus est Jhesus — si volumus aedificare super petram.  
*P. L. 34, 1229—1308. Praemittitur Retractatio s. Augustini de sermone domini in monte. Per idem tempus de sermone — sermonem quem locutus est dominus. Retract. I. 19. P. L. 32. 614—617.*